



**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

Rom, 1511

Ad Concludendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

Ad Concludendum.

Quod partis sibi in huiusmodi causa aduersae non comparuit neque in huiusmodi causa concludere aut ex aduerso concludi videre seu audire nec aliquam causam rationabilem quare in praesenti causa concludi non debeat allegare curantis contumaciam accusavit ipsamque contumaciam reputari. Et in eius contumaciam quantum in eo fuit et erat in huiusmodi causa conclusit secumque concludi et pro concluso haberi per omnem auditorem praefatum debita cum instantia postulauit. Ademoratus et contumacia. Et in eius contumaciam una cum dicto magistro. n. procuratore: vel una cum dicto domino. n. principali: concludere et secum in huiusmodi causa concludi et pro concluso haberi petenti more solito in praesenti causa duxit concludendum et conclusit habuitque et haberi voluit in eadem pro sufficienter concluso. Retenta nihilominus potestate plenaria eandem conclusionem reuocandi totiens quotiens sibi in posterum placuerit et videbitur expedire. In quibus ibidem discretis viris magistris. n. et. n. notariis publicis dictisque omnibus auditoribus et coram eo scribis et clericis. n. et. n. diocesis testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Ut supra dicto magistro. n. et aduerso procure: Ul' et supra dicti domino. n. et aduerso principali: praesente audiente et ut apparuit intelligente licet replicante: in huiusmodi causa quantum in eo fuit et erat sponte conclusit secumque concludi et in eadem pro concluso haberi per omnem auditorem praefatum debita cum instantia postulauit. Ademoratus tunc dominus auditor una cum dicto magistro. n. procuratore: vel cum dicto domino. n. principali: concludere et secum concludi et pro concluso haberi petenti more solito praefato magistro. n. et aduerso procuratore praesente audiente et ut apparuit intelligente in huiusmodi causa concludendum duxit et conclusit habuitque et haberi voluit pro sufficienter concluso. Retenta et ut supra.

Datio Cedulae petitionis.

Deinde idem. n. principalis vel procurator: ibidem et comparens quandam petitionem papiri cedulae pro parte sua iurata et secundum cuius formam continentiam et tenorem definitiuam in huiusmodi causa pro se et contra partes aduersas in scriptis fieri et promulgari petijt inquam mihi praesentis cause notario atque scribae praedicto facto realiter et in scriptis infra scripti tenoris obtulit atque dedit dicens petens protestans aliasque et alia faciens prout et quemadmodum in eadem petitionis cedula cuius tenor inferius

Comparuit in iudicio et in contumacia obtinuit concludi Retenta et. Presentibus socijs.

Comparuit in iudicio n. et praesente. n. et aduerso procure obtinuit concludi Retenta et. Presentibus et.

Idem dedit cedulas petitionis facto tenore: petens et.